



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

2. Pharao divinae legis ignarus sacerdotes, & eorum bona immunitate gaudere voluit, & eisde[m] alimonia[m] ministravit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

BONA etiam, quæ ecclesijs ecclesiasticisve personis donata, ac destinata reperiuntur, jure merito plurimis privilegijs decorata sunt, f aded quod non solum jure humano, verum etiam divino, à secularium personarum exactionibus sunt immunia. *cap. quamquam. §. cum igitur. & ibi gloss. in ver. ipsarum. & Geminián, num. 2. de cens. in 6. & Abb. in cap. non minus. num. 2. de immunit. eccles.* Et res clericorum in pluribus eodem privilegio gaudent, quo res ecclesiarum gloss. *in cap. in ver. suis. de vita. & honest. cleric. in cap. ecclesiarum. r. 2. qu. 2. in cap. similiter. in ver. eccles. r. 6. qu. 1.* Busat. qui de magis commun. testatur *in cons. 142. num. 2. lib. 2. & Bellarm. in 4. controvers. gen. tom. 1. lib. 1. de cler. cap. 82. in fin.* Pharaon enim, f qui legis divinæ notitiam non habebat, omnibus aliis in servitute redactis, sacerdotes, & possessiones eorum in pristinam libertatem dimisit, & eis alimoniam de publico administravit *Genes. cap. 47. cap. non minus. de immunit. eccles. & cap. tributum in fin. r. 23. qu. 8.* Nec licet communitatibus, & jurisdictionem temporalem obtinentibus, vel institiam temporalem exercentibus, tales, vel collectas, seu exactiones quascunque ecclesijs, vel personis ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus, prædijs, vel quibuscunque possessionibus ab eisdem ecclesijs, vel personis ecclesiasticis legitime acquisitis, vel acquirendis, etiam si ipsæ ecclesiæ, vel personæ, aut res hujusmodi sint intra illorum districtum, vel territorium constitutæ, *c. 1. §. volentes. de immunit. ecclesiastic. in 6. & Concil. Lateranen. relatum in dist. cap. non minus. cap. adversus. eodem. tit. & clem. unis. eo.*

3 Dieta enim conclusio procedit f non solum de jure divino, & canonico ex supra deductis, sed etiam de jura Cæsareo, quo cavetur, ut nulla potestas, seu persona publica, aut privata, collectas, sive exactiones, angarias, vel perangarias, ecclesijs, vel alijs pijs locis, aut ecclesiasticis personis imponere, aut invadere bona ecclesiastica præsumant. Quod si fecerint, & requisiti ab Ecclesia, vel ab Imperio emendare contempserint, triplum refundere, & nihilominus banno Imperiali subiacere teneantur: quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur. Quæcunque etiam communitas, vel persona per annum in excommunicatione incurta propter offensam libertatem ecclesiæ perstiterit, ipso jure imperiali banno subiacet, *ut in constitutione à Federico II. Imperatore promulgata, qua incipit: Nos Federicus. §. item nulla, de stat. & consuet. cont. libert. eccles. in usib. feud. que est repetita post. l. 2. ibi, Item nulla communitas, C. de Episc. & cler. l. item quæcunque. l. omnes. §. privilegiis. e. tit. placet. C. de sacrosanct. eccles. autb. de eccles. tit. §. ad hæc sancimus col. 6. Abb. in cap. 2. numer. 10. de immunit. eccl. & Card. Baron. referens legem Honorij Imperatoris in lib. Annali. Eccles. 10. §. Anna. 412. pag. 341.*

De jure autem canonico, f præter pœnas jure Cæsareo impostas, Prælati, ecclesiasticæque personæ religiosæ, vel seculares quorumcunque ordinum, conditionis, seu status existentes, qui collectas, vel tales, decimam, vicissimam, seu centesimam suorum, & ecclesiarum

R 9 proveu-